



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica Recapitulatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Die vigesima-prima Februarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

## Die vigesima-prima Februarij.

## De sancto Pipino, primo Brabantia Duce.

*Ex historia Pipini, & aliunde.***N**iuigellæ, memoria obitus sancti Pipini.

Qui primus memoratur in inferiori Austrasia Dux Brabantia, pater sanctarum Gertrudis & Begghæ, maior regis domus in Austrasia sub Dagoberto. Qua dignitate, parum à dominatione ac sublimitate regia differente, præditus, præstabat tam in bellis fortitudine, quam iustitiâ in pace. Erat enim erga regem fidei seruantissimus, & erga populum tenacissimus æquiritatis, & in disceptanda vtrorumque causa firmissimo animi iudicio persistens, nec munera populi, nec gratiam regis, ad obruendam populi iustitiam, attendebat. Beatum Arnulphum Metensium pontificem, quem in timore at dilectione Dei nouerat excellentem, omnium consiliorum & negotiorum suorum socium assumebat. Defuncto quoque prædicto viro Dei, sanctum Cunibertum, antistitem Coloniensem, pari sanctitatis fama illustrem, curabat in hac negotiorum administratione participem habere. Obijt circa annum sexcentessimum quadragesimum septimum, Landis, nunc oppidulo, tunc verò palatio Brabantia: sed translatus quiescit Niuellæ in capsâ, iuxta altare sanctæ Gertrudis. quæ capsâ etiam in Litaniarum diebus circumfertur, licet non sit inscriptus in sanctorum numerum. Præclarum de hoc beato viro encomium apud maiores nostros exstitit, quod Stephanus Leodiensis abbas ante quingentos annos, historia sancti Modoaldi inseruit.

Hunc itaque quidam haud ineptè Brabantia patriarcham nuncupant: siquidè sub eo, & per eum, religio Christiana apud Brabantos, & circum circa, multum accreuit. Eius enim progenies non solum in pietate præluxit; sed passim quoque fouit fidei prædicatores: quorum multi ex Scotia, & Hybernia erant euocati. Ego sanè non tantùm patriarcham Brabantia, sed enim, & eius aliquot successores, Christianissimos Europæ patres & principes appellare non dubito, Fuerunt ipsi primùm Maiores regni Franciæ,

*De Pipino  
agit Aimoinus  
lib. 4.  
de gestis  
Francorum  
cap. 19. 20.  
& 38.*

*Libro 1.  
cap. 2. die  
12. Maij, &  
est in lib. de  
fac. mil.  
Duc. Bra.  
6. 6.*

Februa. 21.

MINIAT ALESORAS

Pipinus  
Herstallus.

Franciæ, & Marchiones limitis Antwerpiani, contra Da-  
nos & reliquos Aquilonares: deinde Apostolica autori-  
tate Reges Franciæ, & Imperatores Romani imperij. Cla-  
rissimas etiam victorias habuerunt contra fidei & Romanæ  
ecclesiæ hostes. Pipinus primus contra Sclavos, idolorum  
cultores, Christianis vnicum fuit propugnaculum. Pipinus  
secundus subingavit Fribones, & eorum regem Raibo-  
dū, Christiano nomini infensissimos. Quibus etiam Vuilli-  
broidum & alios misit, Evangelij prædicatores præstantis-  
simos. Carolus Martellus bellicosissimus & victoriosissi-  
mus princeps, qui regibus maluit imperare, quam rex esse,  
ex nulla victoria maiorem laudem est consecutus, quam ex  
eā quam contra Saracenos, habuit, dum iam tota Gallia  
posituri viderentur. Tanto enim triumpho eos deluit, ut  
post hominum memoriam nullus omnino regum, patrum  
hostium numerum vno prælio fuderit, & occasione dele-  
verit. Filius eius Pipinus rex multos clarè diuicet, sed præ-  
cæteris Longobardos, Romanæ ecclesiæ oppressores. Cu-  
ius successori Carolo magno, etiam imperialis dignitas ac-  
cessit, dum nihil antiquius habuit, quam Romanæ sedis di-  
gnitatem & fidem Catholicam tueri. Victis autem præci-  
pue imperabat, ut Christianæ fidei legem susciperent.

In libro obituum notat Niuellensis ecclesia, præter obi-  
tum etiam vigilias dispensas sancti Pipini. Sed quid por eas,  
quas solæ Canonice celebrant, significetur, examinent  
studiosi. Neque enim quicquam desuper Niuellensis cle-  
rus definitum habet.

Die vigesima-quarta Februarij.

De beato Simone Alnensi.

Cap. 33.

Ex Casarij dialogo tertio, & informatione domini  
Sebastiani Antonij, Pralati Alnensis.

**A**Lnæ, obitus beati Simonis conuersi.  
Qui parente nobili genitus, à cognatione sua e-  
gressus, anno decimo-sexto factus est Alnæ con-  
uersus, & opilio. Claruit multis reuelationibus, & miracu-  
lis, tempore Conradi Cardinalis, antea abbatis Villarien-  
sis, &